



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio

Coloniae Vbiorvm, 1645

CAP. XLVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

est, amissa facultate surgendi, in luto facis hæ-
rere, nisi rursus me eidem, majoribus impli-
catum laqueis, detinendum tradidissem! cur
igitur tantum in me scelus admisi? cur tene-
bras magis, quam lumen, amavi? cur vincula
potius, quam libertatem, optavi? nisi quia vul-
tus tui lumen meis ab oculis abfuit. avertisti
faciem tuam, & incidi in foveam, quam inimi-
cus meus viis meis perduxerat.

C A P. XLVI.

Sed nunquam profecto à te desertus dereli-
ctusque jacuissem, nisi te prior antea dese-
ruissem. At fuerit hoc nequitia, improbitatis,
stultitia, furorisque mei; verum tua singula-
ris humanitas, amor, atque benignitas, omni-
um ad se oculos attrahat, omnium mentes al-
liciat, omnium voluntates accendat, denique
omnium linguis ac cordibus hæreat: quæ qui-
dem caritas ac benignitas, ad ferendam mihi
opem, & ad erigendum, de stercore flagitio-
rum, pauperem foedissimum, contemptissi-
mum, desperatissimumque, decurrit. In quo
illud præsertim à te spectatum existimo, ut o-
stenderes, & nobis, & populo qui nascetur,
divitias misericordiae tuæ. Nemo igitur pec-
cator, quamvis omnium mortalium profligatissimus perditissimusque, desperet, sed con-
fidat; nemo animam abjiciat, sed erigat. Ego
vero, in quem tam multa & magna edita
sunt, gratias ago tibi, Domine Deus salutis
meæ, miserator meus, salvator meus, libera-
tor meus: gratias, inquam, tibi ago, quantas
maximas possum, pro omnibus miserationi-
bus tuis; atque humiliter supplico, ut confir-
mes